

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Peticio 1  
cum fonte primo

Quis nostrum contentus fuit aut leuiter  
rogari aut semel? Quis non  
cum aliquid a se peti suspicatus est,  
frontem abducit, uultum auertit,  
occupationes simulauit, longis  
sermonibus et de industria non  
inuenientibus exitum occasionem  
petendi abstulit, et uariis artibus  
necessitates properantes  
elusit? In angusto uero compresus  
aut negauit aut distulit aut  
promisit sed difficulter,  
sed superductis superciliis,  
sed malignis et uix exeuntibus uerbis.

Seneca libro I. de beneficiis.

Quis nostrum contentus fuit aut leuiter  
rogari aut semel? quis non,  
cum aliquid a se peti suspicatus est,  
frontem adduxit, uultum avertit,  
occupationes simulauit, longis  
sermonibus et de industria non  
inuenientibus exitum occasionem  
petendi abstulit et variis artibus  
necessitates properantes  
elusit, in angusto uero comprensus  
aut distulit, id est timide negauit, aut  
promisit, sed difficulter,  
sed subductis superciliis,  
sed malignis et uix exeuntibus uerbis?

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,  
1, 1, 5-6 (F. Préchac ed., p.3).